

LAVORI ESTIVI PER LA II L SCIENZE UMANE (a. s. 2015-16)

MATERIA : LATINO

DOCENTE: PROF. ANNARITA RINALDI

LAVORI ESTIVI PER TUTTI

- Ripassare in modo approfondito il programma svolto
- Tradurre le versioni in allegato (1-5)

LAVORI ESTIVI PER CHI AVRA' LA SOSPENSIONE DEL GIUDIZIO O LA PROMOZIONE CON AIUTO

- Gli alunni che avranno la sospensione del giudizio dovranno ANCHE tradurre le versioni in allegato (6-10)

*Gli alunni con sospensione del giudizio dovranno svolgere i compiti su fogli di protocollo e portarli alla prova di agosto*

IVREA, 6 giugno 2016

**VERSIONI PER TUTTI**

**(1) Alessandro schiera l'esercito a Isso**

*Alexander phalangem, qua nihil (niente) apud Macedonas validius erat, in fronte constituit. In dextro cornu Nicanor, Parmenionis filius, erat: huic proximi stabant Coenos et Perdicas et Meleager et Ptolomaeus et Amyntas. In laevo, quod a mare pertinebat, Craterus et Parmenio erant. Ante hanc aciem posuerat funditorum manum cum sagittariis. Thraces quoque et Cretenses ante agmen erant leviter armati. At his, qui praemissi erant a Dareo et iugum montis insederant, opposuit Agrianos, qui ex Graecia nuper advecti erant. Parmenioni autem praeceperat ut agmen ad mare extenderet.*

(Da Curzio Rufo)

**(2) Scipione combatte in Spagna**

*In Hispania, postquam necati erant duo Scipiones, nullus Romanus dux erat et mittitur P. Cornelius Scipio, vir Romanorum omnium fere primus, filius illius P. Scipionis, qui ibidem bellum gesserat. Is Carthaginem Hispaniae cepit, in qua omne aurum, argentum et belli apparatus Afri habebant, et etiam nobilissimos obsides, quos in bello acceperant. Magonem etiam, fratrem Hannibalis, ibidem cepit, quem Romam (a Roma, moto a luogo) cum aliis mittit. Romae (a Roma, stato in luogo) ingens laetitia post hunc nuntium fuit. Postea Hasdrubalem, alterum fratrem Hannibalis vicit et fugavit et praedam maximam cepit.*

**(3) ... e Quinto Fabio Massimo in Italia**

*Interea in Italia consul Q. Fabius Maximus Tarentum (femm.) recepit, cum in illa urbe ingentes copiae Hannibalis essent. Ibi etiam ducem Hannibalis Carthalonem occidit, plurimos captivos vendidit, praedam militibus dispertivit, pecuniam hominum venditorum ad fiscum retulit. Tum plurimae civitates Romanorum, quae ad Hannibalem transierant (ind. ppf. da transeo) prius, rursus se Fabio Maximo dederunt.*

(Da Eutropio)

#### **(4) Il centurione Marco Petronio**

*Cum hostes loco et numero confiderent, omnes acerrime comminus pugnabant. Marcus Petronius centurio nostrae legionis, cum portas excidere temptavisset, a multitudine oppressus est et plura et maxima vulnera accepit, manipularibus suis qui cum illo erant dixit: "Quoniam me vobiscum servare non possum, vestrae quidem saluti prospiciam; scio vos in periculum deduxisse. Vos, cum facultas data sit, vobis consulite". Simul in medios hostes irrupit, strenuissime pugnabat, cum duos interfecisset, reliquos a porta paulum submovit. Constat eum sic occubuisse, sed suos adiuvisse.*  
(Da Cesare)

#### **(5) Alcune imprese dell'ateniese Timoteo**

*Timotheus, Cononis filius, Atheniensis erat. Hic gloriam, quam a patre acceperat, multis virtutibus auxit. Fuit enim disertus, impiger, laboriosus et rei militaris peritus. Multa huius sunt ea quae praeclarissime fecit, sed haec maxime illustria. Cum Olynthios et Byzantios bello subegisset. Samum cepit; in Sami oppugnatione superiori bello Athenienses maximam pecuniae copiam consumpserant, ille sine ulla publica impensa patriae id restituit. Cyzicum obsidione liberavit.*

### **VERSIONI PER GLI ALUNNI CON SOSPENSIONE DEL GIUDIZIO O PROMOSSI CON AIUTO**

#### **(6) Altre imprese di Timoteo**

*Postea subvenit Ariobarzani cum Agesilao, Sparthae rege; Spartanus ab Ariobarzane praemium numeratum accepit, ille cives suos agris atque urbibus augeri maluit (indicativo perfetto da malo). Classis praefectus, cum circumveheret Peloponnesum, Corcyram sub imperium Atheniensium redegit, sociosque adiunxit omnes eas gentes, quae mare illud adiacent. Quapropter Lacedaemonii de diutina contentione destiterunt et sua sponte Atheniensibus imperii maritimi principatum concesserunt.*

(Da Cornelio Nepote)

#### **(7) L'attività letteraria di Catone il censore**

*Cato in omnibus rebus singulari industria fuit. Nam non solum agricola sollers et clarus iuris consultus, sed etiam magnus imperator et probabilis orator et cupidus litterarum fuit. Ab adulescentia confecit orationes. Senex historias scribere instituit.*

*In iis libris multa industria et diligentia comparet, nulla doctrina. Huius de vita et moribus multa in eo libro diximus, quem separatim de eo fecimus, rogatu T. Pomponii Attici. Quapropter studiosos Catonis ad illud volumen delegamus.*

#### **(8) L'opera di Catone, le « Origini »**

*Historiarum sunt libri septem. Primus continet res gestas regum populi Romani: secundus et tertius civitatum Italicarum origines. In quarto autem bellum Poenicum est primum, in quinto secundum. Atque haec omnia capitulatim sunt dicta. Reliqua bella pari modo narravit usque ad praeturam Servii Galbae, qui diripuit Lusitanos; notum est eum horum bellorum duces non nominavisse, sed sine nominibus omnia notavisse. In iis libris multa industria et diligentia comparet, nulla doctrina. Huius de vita et moribus multa in eo libro diximus. Quapropter studiosos Catonis ad illud volumen delegamus.*

(Da Cornelio Nepote)

**(9) La terrificante accoglienza degli abitanti dell'isola di Man**

*Tum Paulinus Svetonius obtinuit Britanniam. Cum ille Monam insulam, incolis validam et receptaculum perfugarum, invasisset, incredibili novitate aspectus milites perculsi sunt. Stabat enim pro litore hostium acies, densa armis virisque; inter eos cursabant feminae, quae in modum Furiarum, faces in manibus tenebant; druides circum diras preces minasque erga nostros fundebant.*

*Paulinus Svetonius narrat milites territos esse et immobile corpus vulneribus praebere. Deinde, cohortationibus ducis, ii se stimulabant ne pavescerent muliebri et fanaticum agmen.*

(Da Tacito)

**(10) Un'accusa infondata**

*C. Furius Cresimus e servitute liberatus (liberato), cum in admodum parvo agello largiores fructus perciperet, quam vicinitas ex amplissimis campis, ab omnibus accusatus est se fruges alienas pellicere veneficiis. Quamobrem ab aedile curuli convocatus est, ut se excusaret; metu damnationis, instrumentum rusticum omne in forum adduxit et familiam suam validam atque bene curatam ac vestitam, ferramenta egregie facta, graves ligones, vomeres ponderosos, boves saturos.*

*Postea dixit: "Veneficia mea, Quirites, haec sunt, nec possum vobis ostendere aut in forum adducere lucubrationes meas vigilasque et sudores". Scimus eum tum omnium sententiis absolutum esse.*

(Da Plinio il Vecchio)